

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Irrisio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A fuerint una Ciconia editio Praetorio epulis inferri meruit, de quo Flaccus in Galonii gulam, qui a cipserem tantum approbat, ita scripsit:

— Quid tum Rhombos minus aquora alebant,  
Tutus erat Rhombus, tuusq; Ciconia nido,  
Donec vos autor docuit pratorius.

In Serm.  
lib. 2.  
Sat. 2.

Nam Ruffus quidam vir pratorius, ut apud Porphyron legimus, quidam Acellium dicunt, instituit, ut Ciconiarum pulli manderentur: isque mox repulsam in Praetura passus, hujusmodi seazon-te proculius est:

Ciconiarum Ruffus iste conditor.  
Hic & duobus eleganter Plancis,

Suffragiorum puncta non tulit septem:  
Ciconiarum populus ultus est mortem.

Cornelius Nepos, qui principatu Augusti obiit, cum scriberet de saginandis alitibus. Turdosque paulo ante corpora saginari monuisset, addidit: Ciconias magis placere quam Grues, quamvis longe fecus humanum mox palatum indicavit: nam Grues inter primas, Jovii etiam nostri judicio, commendantur.

## IRRISIO. CAP. XII.

PRÆTERUNDUS non est Persianus locus, per quam Ciconiam illusionis & suggillationis signum haberi discimus, ubi dicit:

O lane, à tergo quam nulla Ciconia pinst.

Ad id scilicet respiciens, quod petulciores homines cum quempiam ludibriis incessere aggreduntur, soleant digitis in unum adlitteris exporrectisq; quasi Ciconiani rostri speciem reddentes, identiter pinsando abeentes eludere: qui mos in Principum aulis frequentissimus.

## DEUS. CAP. XIII.

ADDEMUS & illud, posse etiam hieroglyphico Dei Ciconiam ea ratione figurari, quod his ali-Ciconia & Crocodilius  
tibus non inesse linguam observatum, ideoque earum vocem murmurationi potius esse simili-  
lem, quam clangori. Nam & Crocodilum ea de causa Dei simulachrum Aegyptii statuebant, de quo elinguis.

C suo dictum Commentario: elinguis enim omnino est Crocodilus, idq; tam significat Deum tacito  
omnia silentio perfidere, quam non debere nos super eo loqui, quem nulla queat humani vis ingenii  
satis admirari.

## ANIMUS DIVINIS INTENTUS. CAP. XIV.

NEQUE vero minori observatione dignum illud, quod purum animum, supra terrenas facies  
elatum, & divinarum tantum rerum meditationi deditum, per Ciconiam hieroglyphice si-  
gnificant sacra etiam nostrorum literæ. Fastigia enim apicesque rerum semper queritat Ciconia,  
quippe Hebraicam sequuntur lectionem apud Psalmographum, quod vulgo legitur: Herodi domus Psalmo 103.  
dux eorū ireddunt, Ciconia domicilium abies præbent: vel, Ciconia nidum suum ponit in abiete, arbore  
scilicet supra reliquas verticem attollente. Quod quidem ex Hebreorum disciplinis memini, te Pater  
amplissime, pro concionibus declamat: nidos scilicet ejus alitis in excelsissimis abietibus positos  
ostendentem, multa super ea ex undecimo Levitico capite octavo apud Hieremiam, quinto apud Za-  
chariam, & tertio supra centesimum Psalmō memorantem: præcipue verò trigesimo nono jobis lo-  
cum declarantem, qui, non intellectus, longè alienum habeat sensum, quam plerique interpretes o-  
pinati sunt. Quodam enim ibi enumerantur animantes, præcipue autem aves, in quibus multa, in  
primisque manifesta atq; clarissima appetit providentia, inter quas Kafida ista tua est, quam no-  
stram esse Ciconiam (id enim recte memini) contendebas, de qua dictum à Jobe: Num illa relinquit  
kumi ova sua, que ut pulvis excalciat, pes opprimat, fera calcer? Quē locum interpres tuus enarrās, sit  
nequaquam ita esse, sed Kafidam aevum ut clementissimam, ita & prudentissimam, eminentissimam in  
speculis arboribusq; montiumve aut ædificiorum apicibus nidiificare, humo humilibusve locis mini-  
me credere animalium accessum, omnesq; fortuna casus inaccessa altitudinis altissimo cōsilio cave-  
re: quamvis Latinus interpres, ova eam humi relinquere tradiderit. Velle vero Theologos, quos enu-  
merabas, multa inesse Ciconia divina lumina, omnium supremū, quo maximè dando clemens appa-  
reat